

dunque esse sono divenute rare e stimatissime, per cui i nostri Padri le facevano nei paesi di campagna almeno una volta in ciascun anno con frutto straordinario. Gli esercizi poi davano più volte nell'anno in una Chiesa parrocchiale di S. Andrea nella Capitale » ¹.

P. Franciscus Springer, cum a. 1824 post unius anni in Italia commotionem Viennam rediit, non solum Transalpinis attulit Constitutiones anni 1764, sed etiam accuratiores notitias de missionali systemate a Patre legifero filii transmissio ², quibus notitiis brevi post ipse cum sociis in missionibus *Gallneukirchen* Austriae (a. 1825) et *Hagenau* Alsatiæ (a. 1826) fructus est.

Primus Congregationis Asianus?

Operae pretium fore speramus, si iis quae in *Analectis* 1930, pag. 168 leguntur, quaedam, utut minuta, ex epistolis R. P. Sabelli praesertim deprompta, adiecerimus ³.

R. P. Franciscus Xaverius Rodríguez de Menezes, rei publicae in Lusitania eversione exulare coactus, die 9 Sept. 1833 in Ostende (Belgium) appulit. Post aliquantulam Tornaci commemorationem die 18 Nov. 1883 Trudonopolim profectus est, ubi gratiam Plur. R. P. von Held sibi conciliasse videtur. Non ita multo post Mutinam, mitiori coelo usurus, migrans, die 6 Martii 1836 Nuceriam Paganorum venit, spem fovens fore ut Ulisiponem revocaretur.

Epistolae, qua R. P. Sabelli (15 Apr. 1836) haec R. P. von Held edocet, R. P. Menezes sua manu haec pauca adiecit: « Il Padre Menezes ossequia distinctamente V. R. e li fa conoscere di avere mancato a darle delle sue notizie dopo il suo arrivo in Modena... Quindi non potendo soffrire quel clima a pari di cotesto fu diretto qui in Italia e ci sono arrivato... alle spese del S.^r Duca dal quale venni provveduto di ogni occorrente. Adesso mi trovo qui sano salvo e contento, mentre il molto R. P. Sabelli ⁴ mi serve di compagno e di sollievo... Le baccio umilmente la sacra mano, mi dico di cuore: suo affettuosissimo servo in G. Cr. ».

Sanctitatis obierunt, quorum etiam R. P. D. Landi in suis annalibus Congregationis vitas descripserat idiomate italico. Ego cum P. Hübl per breve tempus in Italia morabamur; non supererat tempus describendi necessaria, quia obedientia accepta proficiscendi in Septentrionem non diu amplius morari poteramus, propter instantem aëris autumnalis intemperiem. Nonnisi dimidium vitae S. D. fratris Gerardi Majella in succinctu describere potuimus ».

¹ *Mon. Hofb.* V, 127.

² Cfr. *Analecta* XIV (1935), 118-135.

³ Epistolae a R. P. Sabelli R. Patri von Held datae inveniuntur in archivo provinciali Provinciae Belgicae.

⁴ P. Sabelli, iure nescio an iniuria, non in omnibus cum sibi probatum habuit.

R. P. Menezes qui, ut ipse scribit, Sciaccam (Sicilia) proficisci cupiebat, tandem, annuente Rmo P. Rectore Maiore Camillo Ripoli, a. 1843 a S. C. de Prop. Fide veniam revertendi in patriam obtinuit. Scribit R. P. Sabelli (6 Apr. 1843): « Nunc tandem P. Menezes, Missionarius Apostolicus nominatus omnibusque a S. Pontifice facultatibus munitus, Roma in Bombay profectus est, probabiliter, nam hoc semper in animo habuit, domum ibi Congregationis fundaturus »¹.

Quid in India R. P. Menezes aerumnarum ac laborum pertulerit, R. P. Mosmans, cui haec excerpta referimus accepta, post iteratum cum Bombay epistolarum commercium, non innotuit accuratius. In epistola a R. P. Sabelli 1847 data haec sola reperimus: « Pater Menezes in Galle, insulae Ceylon civitate, moratur, ubi Missionem in 17 ecclesiis praedicavit et plurimos ad meliorem frugem deduxit: Casu quo ad eum litteras dare cuperes, adiungo, eum ad mensem Augusti ibi permansurum esse ». Ex hisce litteris igitur, quod ignorabamus, nobis innotescit, laudatum Patrem non in sola urbe Bombay constitisse, atque Alfonsianas missiones iam ferme ante saeculum in Asia locum habuisse.

Fidelis vocationi obiit in Bombay 28 Iulii 1863, postquam Congregationem haeredem scripserat.